

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Vesperale für die Äbte von St. Blasien - Cod. St. Blasien 26**

**Fidelis <Pater>**

**[St. Blasien], 1748**

De sanctis

[urn:nbn:de:bsz:31-46938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46938)

## COMMEMORATIO

## SANCTORUM.

## FESTA FEBRUARIJ.

IN FESTO PURIFICATIONIS B.  
*Mariæ V.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternus Deus, majestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus Filius tuus hodie nati die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. per eundem Dominum nostrum.

*Die V. Februarij.*

## INFESTO

S. AGATHÆ V. & M.

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter cætera potentia tuæ miracu-

la, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius; ut qui beatæ Agathæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. per Dñm.

## FESTA MARTIJ.

*Die XXII. Martij.*

S. NICOLAI DE FLÜE, EREM.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Nicolaum Eremitam Angelorum esca mirabiliter nutrire, & sanctissimæ Trinitatis visione illustrare voluisti: concede quaesumus; ut ejus intercessione Dominicum Corpus & Sanguinem digne sumere in terris, & gloriosum conspiceret

mereamur in cœlis. Per  
eumdem Dominum.

**FESTA MAIJ.**

*Die XXIV. Maij.*

S. BONIFACIJ IV. Pap. & con.

**Oratio.**

**D**EUS, qui populo tuo  
in multis periculis  
constituto, beati Bonifacij  
confessoris tui atque Pon-  
tificis mira vigilantia pro-  
vidisti: concede propitius;  
ut cuius gloriosa merita  
veneramur, perennibus  
auxiliis muniamur. Per.

*Die XXV. Maij.*

S. GENADIJ E. & C.

**Oratio.**

**D**A, qui sumus omni-  
potens Deus: ut beati  
Genadij Confessoris tui at-  
que Pontificis veneranda  
solemnitas, & devotionem

nobis augeat & salutem.  
Per Dominum.

*Die XXVI. Maij.*

S. PHILIPPINERIJ. CONF.

**Oratio.**

**D**EUS, qui beatum Phi-  
lippum Confessorem  
tuum Sanctorum tuorum  
gloria sublimasti: conce-  
de propitius; ut cuius so-  
lemnitate lætamur, eius  
virtutum proficiamus ex-  
emplo. Per Dominum.

*Die XXVII. Maij.*

**Oratio.**

**D**EUS, qui Ecclesiam  
tuam beati Bedæ Cō-  
fessoris tui, atque Doctoris  
eruditione clarificas: con-  
cede propitius famulis tuis  
eius semper illustrari sapi-  
entia, & meritis adjuvari.  
Per Dominum.

*Die XXVIII. Maij*

S. AUGUSTINI E. & C. & AN-  
glorum Apostoli.

*Oratio.*

**D**EUS, qui largiſ tua bo-  
nitatis conſilio Eccle-  
ſiam tuam beati Auguſtini  
Confefſoris tui atque Pon-  
tificis præclaræ vitæ meri-  
tis decorati, & glorioſis  
latificati miraculis: con-  
cede propitiis nobis fa-  
mulis tuis; ut ipſius in me-  
lius reformemur exem-  
plis, & ab omnibus ejus  
patrocinioprotegamur  
adverſis. Per Dñm.

*Die XXIX. Maij.*

S. GREGORIJ VII. P. & C.

*Oratio.*

**D**EUS in teſperantiū  
fortitudo, qui bea-  
tum Gregorium Confef-

ſorem tuum atque Ponti-  
ficem protuenda Eccle-  
ſiæ libertate virtute con-  
ſtantia roborati: da no-  
bis ejus exemplo & inter-  
ceſſione, omnia adverſa  
tia fortiter ſuperare. Per  
Dominum.

FESTA JUNIJ.

*Die I. Junij.*

S. ENNECONIS ABBATIS.

*Oratio.*

**P**ROPITIARE, quaſumus  
Domine, nobis famu-  
lis tuis per ſancti Confef-  
ſoris tui Enneconis meri-  
ta glorioſa: ut ejus pia in-  
terceſſione ab omnibus  
ſemper protegatur ad-  
verſis. Per Dñm.

*Die V. Junij.*

S. BONIFACIJ. EP. & M.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beati Bonifacij Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

*Die VI. Junij.*

S. NORBERTI EP. & CONF.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Norbertum Confessorem tuum atque Pontificem verbi tui praecone eximium effecisti, & per eum Ecclesiam tuam nova prole foecundasti: praesta quaesumus; ut ejusdem suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit te adjuvante exercere va-

leamus. Per Dñm.

*Die VII. Junij.*

S. CLAUDIJ EP. & CONF.

*Oratio.*

**E**Xaudi, quaesumus Domine, preces nostras, quas in beati Claudij Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari; ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per.

*Die XI. Junij.*

S. BARNABÆ APOST.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beati Barnabæ Apostoli tui meritis & intercessione laetificas: concede propitius; ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tua gratia consequamur. Per D.

*Die XII. Junij.*

S. LEONIS III. P. & C.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Leonem Confessorem tuum atque Pontificem virtute constantia in exercendo pastoralis munere contra saeculi potestates corroborasti: tribue quaesumus nobis famulis tuis, & ejus apud te intercessionibus adjuvari, & ab omni hostium impugnatione defendi. Per Dñm.

*Die XIII. Junij.*

S. ANTONIJ DE PADUA CONF.

*Oratio.*

**E**CCLIAM tuam, Deo beati Antonij Confessoris tui solemnitas votiva latificet: ut spiritualibus semper muniatur

auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur aeternis. Per.

*Die XIV. Junij.*

S. BASILIJ M. EP. & C.

*Oratio.*

**E**Xaudi, quaesumus Domine, preces nostras, quas in beati Basilij Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari; ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

*Die XV. Junij.*

SS. VITI & MODESTI atque CRESCENTIAE MM.

*Oratio.*

**D**A Ecclesiam tuam, quaesumus Domine, sanctis martyribus tuis, Vito, Modesto, atque Crescentia

intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: ut prava despiciens, quaecumque recta sunt, libera exerceat charitate. Per.

FESTA AUGUSTI.

Die XVI. Augusti.

S. HYACINTHI CONF.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Hyacinthi Confessoris tui annua solemnitate laetificas: concede propitius, ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Dom. infra Octav. Assumpt. B.M.V.

S. IOACHIMI C. & PAT. B.M.V.

Oratio.

**D**EUS, qui prae omnibus sanctis tuis beatum Ioa-achim Genitricis Filij tui

Patrem esse voluisti: concede quaesumus; ut cujus festa veneramur, ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per Dñm.

FESTA SEPTEMBRIS.

Die III. Septembris.

S. ROSALIAE V. PANOR.

Oratio.

**F**AUDI nos Deus salutaris noster: ut sicut de beata Rosaliae Virginis tuae festivitate gaudemus; ita pia devotionis erudiamur affectu, & ejus intercessione ab iracundiae tuae flagellis misericorditer liberemur. Per Dñm.

Die IV. Septembris.

S. ROSAE ÀS. MARIA V. LIM.

Oratio.

**B**ONORUM omnium largitor omnipotens De,

qui beatam Rosam cœle-  
stis gratiæ rore præventa  
virginitatis & patientiæ de-  
core Indis florescere vo-  
luisti: da nobis famulis tu-  
is; ut in odorem suavitatis  
ejus currentes, Christi bo-  
nus odor effici mereamur.  
Qui tecum vivit.

*Die V. Septembris.*

S. STEPHANI REGIS HUNG. C.

*Oratio.*

**C**oncede, quaesumus,  
Ecclesiæ tuæ omni-  
potens Deus: ut beatum  
Stephanum Confessorem  
tuum, quem regnantem  
in terris propagatorem  
habuit, propugnatorem  
habere mereatur glori-  
osum in cœlis. Per Dñm.

*Die VI. Septembris.*

S. MAGNI ABBATIS.

*Oratio.*

**I**ntercessio nos, quaesu-  
mus Domine beati Mag-  
ni Abbatis commendet:  
ut quod nostris meritis  
non valemus; ejus patro-  
cinio asequamur. Per  
Dominum.

*Die VIII. Septembris.*

IN NATIVITATE B. M. V.

*Oratio.*

**F**amulis tuis, quaesu-  
mus Domine, cœle-  
stis gratiæ munus imper-  
tire: ut quibus beatæ Vir-  
ginis partus extitit salu-  
tis exordium; Nativitatis  
ejus votiva solemnitas pa-  
cis tribuat incrementū.  
Per Dominum.

BENEDICTIO PON-  
TIFICALIS

In Missa & Vesperis.

**S** It nomen Domini

benedictum. *R. Ex hoc.*

*&* Adjutorium nostrum

in nomine Domini. *R. Qui:*

**B**enedicat vos omni-

potens Deus: Pa<sup>ter</sup>, &

Fi<sup>lius</sup>, & Spi<sup>ritus</sup> fan-

ctus. *R. Amen.*